



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

7. De productione Christi flagellati & spinis coronati coram populo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

sua: (ingrata Synagoga:) in die desponsationis illius, & in die letitia cordis illius: vt admiremur, veneremur, redamemus, & superexaltemus tantam amantissimi Sponsi nostri charitatem; imitemur tantam humilitatem, mansuetudinem, patiendi probra & tormenta auiditatem, scientes, quoniam si comparimur, & conglorificabimur.

*De productione Christi flagellati & VII.
spinis coronati coram populo.*

Ioan. 19.

I. **P**ilatus Iesum sic flagellis dilaniatum, spinea corona redimitum, & purpurâ lacernula semitectum producit foras, iterumque innocentem pronuntiatum, totum liuidum, luridum, sputis horridum, eruentumque populo ostentat, nihil dubitans, hoc saltem tristi spectaculo efferatos eorum animos mitigandos, sic exclamans: *Ecce homo*: quasi diceret: *Ecce, quem vos dicitis se facere filium Dei, esse affectatorem regni, videte, quod nullum in eo sit signum diuinitatis, & regis Maiestatis, quem sic deformatum aspicitis, vt vix speciem hominis*

Q

igno-

ignobilis & contempti retineat. Quāto rubore, quanto dolore sic deformatus, sic dilaniatus, sic illusus innocentissimus agnus rabidis obijcitur immanissimorum luporum dentibus & linguis mox deuorandus! quas interim amoris & commiserationis eiacularur flammis! quot, quā incensa salutis & perfectionis nostrae desideria? quam promptus est pro omnibus & singulis, non tantum illudi, sed & mori, qui dignatus est pro omnibus incarnari & nasci! quā cupidus est cuique electo ad eximiam gratiam & gloriam promouendo se totum impendere, vt iugiter videatur in aurem cordis ei insusurrare. *Ecce homo*, tam exoptatus, qui veni te languidum in piscinam sanguinis mei demittere, ad recuperandam animae tuae sanitatem. *Ecce homo*; qui cum in forma Dei essem, factus sum homo, vt tu diuinæ fieres consors naturæ, *Ecce homo*, qui pro te filio refractario corrigendo sic me amore tui deformari, tam dirè tractari permisi. *Ecce homo*, qui de caelo veni docere te regiam ad caelum crucis viam. *Ecce homo*, quem tibi Pater aeternus donat, imò, qui & me ipsum tibi offero in pretium redemptionis, in pignus aeternae

Ioan. 5.

ternæ hereditatis. Quis hoc interno cordis auditu percipiens, profundeq; expendens, ad eum amandum imitandumque non accendatur?

II. At Pontifices, & ministri nihil hac miserabili Christi specie commoti clamabant, dicentes: *Crucifige, Crucifige eum* Quam diu è implacabilis illa ludæorum rabies, virulentus ille clamor, stygius ille furor transixerit misericordissimum cor Saluatoris, tam avidè eorum salutem sitientis? quanto compassionis affectu suspirans & admirans dixerit: *Facta est mihi hereditas* Jer. 12.

mea, quasi leo in sylva dedit contra me vocem. Et, *Fily hominum, dentes eorum arma & sagitta,* & *lingua eorum gladius acutus.* Psal. 36.

Heu quoties Christo hodie, dum à quouis peccatore non tam ore, quam corde & facto ipso, *Crucifige eum*, acclamatur, cum toties peccato graui, voluntariè admissio filium Dei iustus crucifigere, & ostentati habere, eiusq; pretiosum sanguinem conculcare non vereatur? Compassio, horror peccati.

III. Pilatus rursus Iesum innocentem pronuntians respondit: *Accipite eum vos, & crucifigite*, ego enim non inuenio in eo causam: responderunt ei Iudæi: *Nos legem habemus, & secundum legem*

legem debet mori, quia filium Dei se fecit.

Dan. 6.

His auditis Pilatus de nouo Iesum
examinatum, innocentem repertum,
dimittere quærit, vti Darius Danie-

lem à Satrapis per inuidiam accusa-
tum liberare conatus est. Audiens ve-
ro: *si hunc dimittis, non es amicus Cesaris,*

Iac. 4.

timet momentaneam hominis grati-
am perdere, non timet æternam Dei

offensam incurrere. O quam verè *A-*
micitia huius mundi inimica est Dei.

Quicumque ergo voluerit amicus esse
sæculi, inimicus Dei constituitur. O

quoties peccatores Pilatum imitan-
tur, cum metu amittendi humani fa-

uoris, impias insanientis mundi leges
examussum seruare; sanctissima autem

diuini humanique iuris decreta pro-
terua fronte violare, & pessundare

non erubescunt! Compassio,

contemptus mundani

fauoris, fuga huma-

ni respectus.

(?)

Domi